



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Alternativa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

durante ostendit restat Vicarius ipse Archidiaconus, de jure communi. Secundò institutio ad beneficia juris patronatus, per *d. capit. ad hęc, ver. in quadam* sed hodie non habent ipsi Archidiaconi: nam de consuetudine pertinet ad Episcopum, *cap. licet Episcopus, de prob. lib. 6. Covar. lib. 5. c. 16. num. 8. §. tertius, var. resol. & c. ex inuncto, in fi. de scrut. & Dyn. in c. 1. num. 4. de reg. jur. lib. 6.* sed ad dictum *c. ad hoc.* potest dici, institutionem ibi sumi, pro in possessionem missionem, quæ competit Archidiacono de jure, prout *gl. & Dyn. in d. c.* Tertio Archidiaconi præcedit Vicarius generalis Episcopi, vide *in ver. Vicarius concl. 15.* Quartò, nec causas matrimoniales, nec criminales, ut antea, per *c. licet, de pœn. Cõc. Trid. sess. 24. c. 20. §. ad hęc de refor.* Quintò, nec causas concubitus, *Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor.* Sextò & quod dicitur de Archidiacono, idẽ dici potest de Decanis, & aliis dignitatibus inferioribus Episcopo, *Conc. Trid. loc. cit.* & licet de jure habeant jurisdictionẽ, non tamẽ in actu, per consuetudinem, *Gram. decis. 64. n. 23. & 4.* cætera remanent in robore suo nisi per contrariam consuetudinem divisorum locorum sint eis ablata, *argum. c. 1. de rescrip. lib. 6.*

ALTERNATIVA.

Primò quoad beneficialia; vide *in ver. beneficium, §. 2. fol. 4. & in ver. derogatio,* ubi habes quomodo prælati gaudeant alternativa.

Secundò, quando alternativæ dictiones non ponantur disjunctivè, sed augmentativè, vel declarativè, vide *in ver.*

beneficium, §. 8. Concil. quarto, & Gomet. in capitul. statutum, num. 23. & 43. de rescrip. libro sexto. Vide *Gemin. in capit. generali, notab. ult.* ex Archidiacon. *de elect. lib. 6.* ubi ait dictionem *sive,* aut *vel,* quando ponitur inter diversas voces, idem tamen significantes, exponi, pro *id est,* *Gl. in c. bona, de postul. prælat. eodem lib.*

Tertio, quando in alternativis sufficiat alterum tantum probari, vide *c. inter ceteras,* & ibi *Doct. de rescrip. Staph. de lit. grat. fol. 25. num. 5. & fol. 309. num. 2. gl. in c. ex parte, il primo, in ver. perpetuo, de rescrip. decis. Rot. 7. de rescrip. in novis,* & ibi addit, *c. in alternativis, & c. locupletari, de reg. jur. lib. 6.* & ibi *Dyn.*

Quartò, an in prælatis inferioribus Episcopis, habentibus potestatem conferendi beneficia, prout dixi *in ver. beneficium, §. 2. fallen. 7.* habeat locum alternativa? Videtur quòd sic, quia si ligat majores, & minores ligare debet, & valet argumentum à majori ad minus, *Staph. fol. 190. numer. 6. & in præfatione lit. grat. n. 20. & 21. gl. in c. 1. in ver. Episcoporum,* & ibi *Gem. de temp. ordin. lib. 6.*

ARCHIEPISCOPUS.

SUMMARIUM.

1. Quod jus habeat in suffraganeos suos.
2. An possit exercere pontificalia intra provinciam suam.

AD Primum. Vide multa quæ dicuntur *in ver. appellatio,* & quæ dicit *gl. in c. pastoralis, de offic. ordin.* tamen dico; primò quòd Archiepiscopus est iudex ordinarius suorum suffraganeorum